

PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM Scriptorumque ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSLIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-
RIÆ SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS. IN QUODQUÆ RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆ-
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,
QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, QÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTE
SIMILIS, PRETIUS EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORVMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTRM
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECAE CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS V

S. IGNATIUS, S. POLYCARPUS, PONTIFICES ROMANI SÆCULI II, S. MELITO SARDENSIS; ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 208

super iracundiam vestram⁴⁹. » Beatus qui meminerit (96) ; quod ego credo esse in vobis. Deus autem et Pater Domini nostri Iesu Christi, et ipse sempiternus pontifex, Dei Filius Jesus Christus, adficiet vos in fide et veritate, et in omni mansuetudine, et sine iracundia, et in patientia et longanimitate et tolerancia et castitate ; et det vobis sortem et partem inter sanctos suos, et nobis vobiscum et omnibus qui sunt sub celo, qui crediti sunt in Dominum nostrum Iesum Christum et in ipsius Patrem, qui « resuscitavit eum a mortuis⁵⁰. » Pro omnibus sanctis erate. Orate etiam pro regibus et potestatibus et principibus⁵¹, atque pro persecutibus et odientibus vos⁵², et pro inimicis crucis : ut fructus vester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti.

XIII. Epistolas vestras Antiochenis tradam. Vobis epistolas Ignatii mitto.

Scripsisti ad me et vos et Ignatius, ut, si quis forte [e Smyrna] in Syriam proficeretur, vestras quoque litteras eo deferret; quod quidem perficiam, si tempus opportunum nactus fuero; vel ego ipse, vel per alium quempiam, quem legatum et pro vobis mittam. Epistolas Ignatii, quas ad me misit, et cunctas alias quas habemus, ad vos misimus, sicut mandasti; quas quidem huic epistolæ subjecimus. Ex eis magnum fructum percipere vobis licebit. Continent enim fidem et patientiam et aedificationem omnem, ad Dominum nostrum pertinentem.

(2) Et de ipso Ignatio (3), et de his, qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

XIV. Commendo vobis Crescentem. Valete.

Hæc vobis scripsi per Crescentem, quem in præsentem (4) diem commendavi vobis, et nunc commendo. Conversatus est enim nobiscum inculpabiliter; credo quia et vobiscum similiter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, cum venerit ad vos. Incolumes estote in Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus vobis (5). Amen.

ANTIQUA VERSIO

EPISTOLÆ S. POLYCARPI AD PHILIPPENSES.

(COTELERIUS, *Patres apostolici*, ed. Amstelod. 1724, t. I, p. 490.)

Polycarpus, et qui cum eo sunt presbyteri, Ecclesiæ Dei quæ est Philippis, misericordia vobis, et pax a Deo omnipotente, et Iesu Christo Salvatore nostro abundet.

I. *Congratulatus sum vobis magnifice in Domino*

⁴⁹ Ephes. iv, 26. ⁵⁰ Gal. i, 1. ⁵¹ 1 Tim. ii, 2. ⁵² Matth. v, 44. ⁵³ al. decoris.

Mihī sensus esse videtur: « Vos librorum sacrorum scientia polletis, qua ego adhuc non gaudeo. Igitur, ut in his libris dictum est, nolite ita irasci, ut peccatis. »

(96) Sc. « hujus Scripturæ sacræ mandati. » Alii legunt: « crediderit. »

(97) Habentur hæc Græca apud Eusebium *Hist. eccl.*, iii, 36. Cfr. supra c. 10. Cfr. de hoc capite Rothe, *Anf.*, p. 483.

(98) Vide Ign. ad Polyc., c. 8.

(99) I. e. « Antiochiam. » Ignatius (c. 7) Polycarpo mandaverat, ut ipse legatum ad Ecclesiam Antiochenam mitteret, ob pacem restitutam, et (c. 8) huic legato simul epistolas aliarum Ecclesiarum gratulacrias traderet. Præter hoc Ignatii mandatum Philippenses quoque ipsi Polycarpum precibus adie-

(97) Εγράψατέ μοι καὶ δμεῖς καὶ Ἰγνάτιος (98), ήσα, ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν (99), καὶ τὰ παρὸν δμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· δπερ ποιήσω, ἐάν λόγω χαρὸν εὕθετον, εἴτε ἐγώ, εἴτε δύν πέμψω πρεσβευτούς καὶ περὶ δμῶν. Ταῦτα ἐπιστολὰς Ἰγνατίου (1) τὰς περιφεύσας; ήμεν δὲ αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, δισκούσιοι παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν δμῖν, καθὼς ἐντελαθεῖ· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταῦτα· ἐξ ᾧ μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Ηερίζουσι γάρ πίστιν καὶ δυομονήν καὶ πᾶσαν αἰχδομήν, τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἁγίκουσαν.

B nostro Iesu Christo, suscipiens imitabilia verba dilectionis quam ostendistis in illis, qui præmissi sunt, viris sanctis, decorosis⁵³ vinculis connexis, quæ sunt coronæ electæ Deo, illius veri regi, per Dominum nostrum Iesum Christum; et quia firmi-

rant, ut ipsorum epistolam suo legato traderet ad Antiochenos perferendam. His votis se responsu-rum esse Polycarpus pollicetur.

(1) Designantur duæ Ignatii Epistolæ; una ad Polycarpum, altera ad Polycarpi seu Smyrnensem Ecclesium. Cot.

(2) Hæc iterum apud solum veterem interpretationem exstant.

(3) Polycarpus de morte Ignatii jam certior factus erat (vide c. 9); sed circumstantias, dicta, etc., ut videtur, ignorabat. JAC.

(4) Ita Jacobsonus. Vulg. « in præsenti. » Fortasse Polycarpus scripsit: ἀεὶ μέχρι τοῦ παρόντος, « semper, usque ad hanc diem. »

(5) Ita Jacobsonus. Vulg. « in gratia cum omnibus vestris. »

tas fidei vestræ a principio usque nunc permanet, A et fructificat in Domino Iesu Christo, qui sustinuit pro peccatis nostris usque ad mortem : « quem resuscitavit Deus, dissolvens dolores inferni ⁵⁴ : quem cum non videritis, nunc diligitis ; in quem nunc non aspicientes, creditis ; credentes autem gaudebitis gaudio inenarrabili, et glorificat ⁵⁵ ; » in quod multi desiderant introire ; scientes quia « gratia salvi facti estis, * non ex operibus ⁵⁶, sed in voluntate Dei, per Jesum Christum.

II. « Propter quod succincti lumbos vestros ⁵⁷, servite Deo cum timore ⁵⁸, » et in veritate ; dimisso inani vaniloquio et multo ⁵⁹ errore. « Credite ergo in illum qui resuscitavit Dominum nostrum Iesum Christum ex mortuis, et dedit ei gloriam ⁶⁰, » et sedem in dextera sua : cui subjecta sunt omnia cœlestia, et terrestria, et subterranea ⁶¹ : cui omnis spiritus servit ; qui venturus est judicare vivos et mortuos : cuius sanguinem requiret Deus ab eis qui non crediderunt in eum : qui et resuscitavit eum a mortuis : qui et nos resuscitaturas est in vita ⁶², si fecerimus voluntatem ejus, et ambulaverimus in mandatis ipsius, et dilexerimus quæ ipse dilexit : abstinentes nos ab omni injustitia, hoc est, a concupiscentia, ab avaritia, a detractione, a falso testimonio : * non reddentes malum pro malo, aut injuriam pro injuria ⁶³, » aut contumeliam pro contumelia, aut maledictum pro maledicto. Mementote quod Dominus docens dixit : « Nolite judicare, ne judicemini ; dimitte, et dimittetur vobis : » miseremini, et Dominus miserebitur vestri. « Qua enim mensura mensi fueritis, remetietur eadem vobis ⁶⁴. » Et quod dictum est : « Beati pauperes spiritu, et qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsorum est regnum cœlorum ⁶⁵. »

III. Hæc autem, fratres mei, non a meipso imperans ⁶⁶, scribo vobis de justitia ; sed quoniam vos provocastis. Propter quod neque ego, neque similis alius mei, poterit sequi sapientiam beati et gloriosi Pauli ; qui fuit apud vos, et visus est secundum faciem illis, qui tunc erant, hominibus : qui docuit certissime atque firmissime verbum veritatis : qui et absens scripsit vobis epistolas ; ad quas deflectamini, ut possitis ædificari in fide quæ data est vobis, quæ est mater omnium nostrum, subsequentes spe, præcedente dilectione, quæ est in Deo, et in Christo, et in proximo. Si enim quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis justitiae, et habuerit dilectionem, longe est ab omni peccato.

IV. Principium autem omnium malorum est avaritia. Scitote ergo, quia « nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre possumus ⁶⁷. » Armemur armis justitiae ; et doceamus nosmetipsos pri-

A mum, ambulare in mandatis Domini ; et post hoc etiam mulieres vestras, in fide quæ data est eis, et dilectione, et castitate ; amantes suos viros in omni veritate et charitate, diligentes omnes æqualiter in omni continentia, et filios erudire in disciplina et timore Dei. Videlicet vero pudicæ circa fidem Dei interpellent incessanter pro omnibus : elongantes se ab omnibus diaboliceis ⁶⁸ detractionibus, et falso testimonio, et ab omni malo ; cognoscentes seipsas, quia sunt sacrarium Dei ; quoniam omnia Deus prospicit, et nihil eum latet ; neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod abditum cordis.

V. Scientes ergo quia « Deus non deridetur ⁶⁹, » debemus digne in mandatis ejus, et gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles sint in conspectu justitiae ejus, sicut Dei et Christi ministri, et non hominum ; non criminatores, neque detractores, neque avari ; sed omnia tolerantes, in omnibus misericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus est minister omnium ; cui si complaceamus ⁷⁰ in hoc sæculo, percipiems ea quæ futura sunt ; secundum quod remisit resuscitare nos a mortuis, et si digne eo conversati fuerimus, et si crediderimus, conregnabimus cum eo. Juvenes similiter inculpabiles sint in omnibus ; omnem ignorantiam ⁷¹ prævidentes, refrenantes se ab omni malo. Bonum est enim abscondi ab omnibus concupiscentiis mundi. Quoniam omnis concupiscentia « adversus spiritum militat ⁷² ; » quia « neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei possident ⁷³, » neque illicita facientes. Propter quod abstineri oportet ab omnibus his. Subjecti estote presbyteris et diaconis, sicut Deo et Christo. Virgines, immaculata et casta conscientia ambulate.

C VI. Presbyteri simplices sint, in omnibus misericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos visitantes, viduas et pupilos et pauperes non negligentes ; sed semper « providentes bona coram Deo et hominibus ⁷⁴. » Abstinete vos ab omni iracundia, a judicio injusto, longe ab omni avaritia estote : non cito consentiatis adversus aliquem, ne prævaricemini in judicio ; scientes quia debitos sumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat ; debemus etiam nosdimittere ⁷⁵. Ante conspectum enim oculorum Domini sumus ; et « omnes oportet astare ante tribunal Christi, et unumquemque pro se rationem reddere ⁷⁶. » Sic ergo serviamus ei cum timore, et omni reverentia ; secundum quod evangelizaverunt nobis apostoli Domini, et prophetæ annuntiaverunt adventum Domini nostri Iesu Christi : zelantes bona ; abstinentes a scandalis, et falsis fratribus, et qui in hypocrisim portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanis homines.

⁵⁴ Act. ii, 24. ⁵⁵ I Petr. i, 8. ⁵⁶ Ephes. ii, 8, 9.
⁵⁷ I Petr. i, 21. ⁵⁸ Philipp. ii, 10. ⁵⁹ al. ad vel in vitam.
⁶⁰ Matth. v, 3, 10 ; Luc. vi, 20. ⁶¹ f. impetrans.
⁶² al. huic si placemus. ⁶³ ἀγνοεῖς. ⁶⁴ I Petr. ii, 14. ⁶⁵ I Cor. vi, 9, 10. ⁶⁶ Rom. xiv, 10, 12 et II Cor. v, 10.

⁶⁷ I Petr. i, 13. ⁶⁸ Psal. ii, 11. ⁶⁹ f. multorum.
⁷⁰ I Petr. iii, 9. ⁷¹ Matth. vii, 1 ; Luc. vi, 37.
⁷² I Tim. vi, 7. ⁷³ διαβολικῆς. ⁷⁴ Gal. vi, 7.
⁷⁵ Il Cor. viii, 21 ; Rom. xii, 47. ⁷⁶ Rom. xii, 14.

VII. « Omnes enim qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est⁷⁷; et qui non confitetur martyrum crucis, ex diabolo est; et qui deviaverit eloquia Domini ad propria desideria, et dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse; hic primogenitus est Satanæ. Propter quod relinquentes vanitatem multorum, et falsas doctrinas, ad illud quod traditum est nobis a principio verbum revertamur. Sobrii simus in orationibus⁷⁸, jejunia tolerantes; et supplicationibus petentes omnium perspectorem Dominum, « ne nos inducat in temptationem⁷⁹; » secundum quod dixit Dominus: « Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma⁸⁰. »

VIII. Indescienter ergo toleramus propter spem nostram et pignus justitiae, quod est Jesus Christus; « qui sustulit peccata nostra in corpore suo super lignum; qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus⁸¹, » sed propter nos omnia sustinuit, ut vivamus in ipso. Imitatores ergo efficiamur tolerantiae ejus: et, si passi fuerimus pronome ejus, glorificemus eum. Hoc enim nobis indicium posuit de seipso; et nos hoc credidimus.

IX. Rogo igitur vos omnes insistere verbo justitiae et patientiae, quam et oculata fide vidistis, non solum in beatissimis illis Ignatio et Zozimo et Russo, sed et in aliis qui ex vobis sunt, et in ipso Paulo, et ceteris apostolis: confidentes quia hi omnes non in vacuum cucurrerunt⁸², sed in fide et justitia; et ad debitum sibi locum a⁸³ Domino, cui et compassi sunt, abierunt; quia non hoc sæculum dilexerunt, sed eum qui pro ipsis et pro nobis mortuus est, et a Deo resuscitatus.

X. In his ergo state, et Domini exemplar sequimi; firmi in fide et immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate sociati, mansuetudinem Domini alterutri praestantes⁸⁴, nullum despicientes. Cum potestis benefacere, nolite differre: quia « eleemosyna de morte liberat⁸⁵. » Omnes vobis invicem subjecti estote; « conversationem vestram irreprehensibilem habentes⁸⁶ in gertibus⁸⁷; » ut ex bonis operibus vestris et vos laudem accipiatis, et Dominus in vobis non blasphemetur. « Vae autem illi, per quem nomen Domini blasphematur⁸⁸. » Sobrietatem ergo docete omnes, in qua et vos conversamini.

XI. Nimis contristatus sum pro Valente, qui presbyter factus est aliquando apud vos; quod sic ignoratis locum qui datus est ei. Moneo itaque vos

⁷⁷ I Joan. iv, 3. ⁷⁸ I Petr. iv, 7. ⁷⁹ Matth. vi, 43. ⁸⁰ Matth. xxvi, 41. ⁸¹ I Petr. ii, 24, 22. ⁸² Philipp. ii, 16. ⁸³ al. cum. ⁸⁴ al. praesentantes. ⁸⁵ Tob. xi, 9. ⁸⁶ al. considerantes. ⁸⁷ I Petr. ii, 12. ⁸⁸ Isa. lii, 6; i. Ignat. ad Trall. 8. ⁸⁹ I Thess. v, 22. ⁹⁰ Ephes. v, 5; Col. iii, 5. ⁹¹ al. Quis ignorat. ⁹² I Cor. vi, 2. ⁹³ Philipp. i. ⁹⁴ al. vestram. ⁹⁵ Psal. iv, 5. ⁹⁶ Ephes. iv, 26. ⁹⁷ al. crediderit. ⁹⁸ Gal. i, 1. ⁹⁹ I Tim. ii, 2. ¹⁰⁰ Matth. v, 44. ¹⁰¹ f nobis.

(6) In omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant; nos autem nondum noveramus. Per nos Polycarpum intelligit Usserius. Ego Smyrnenses. Vide cap. 3. Cor. — Nos autem nondum noveramus. Vixisse his verbis se innuit, cum suas Paulus ad Ecclesias scripsit epistolas, licet nondum Christo nomen dedisset. A quo tempore, cum ad annum

A ut abstineatis ab avaritia, et sitis casti et veraces. « Abstinete vos ab omni malo⁹⁹. » Qui autem in his non potest se gubernare, quo modo alii pronuntiat hoc? Si quis non abstinuerit se ab avaritia, ab idolatria coinquinabitur¹⁰⁰, et tanquam inter gentes judicabitur. Qui autem ignorant¹⁰¹ judicium Domini? « An nescimus, qui sancti mundum judicabunt¹⁰²? » sicut Paulus docet. Ego autem nihil tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus Paulus, qui estis in principio epistolæ ejus¹⁰³. De vobis etenim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant; nos autem nondum noveramus (6). Valde ergo, fratres, contristor pro illo et pro conjugi ejus, quibus det Dominus penitentiam veram¹⁰⁴. Sobrii ergo estote et vos in hoc, et non sieut inimicos tales existimetis, sed sicut B passibilia membra et errantia eos revocate, ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsis ædificatis.

XII. Consido enim vos bene exercitatos esse in sacris litteris, et nihil vos latet, mihi autem non est concessum modo. Ut his Scripturis dictum est: « Irascimini, et nolite peccare¹⁰⁵. » Et; « Sol non occidat super iracundiam vestram¹⁰⁶. » Beatus qui meminerit¹⁰⁷, quod ego credo esse in vobis. Deus autem et Pater Domini nostri Jesu Christi, et ipse sempiternus Pontifex, Dei Filius, Christus Jesus, ædificet vos in fide et veritate, et in omni mansuetudine, et sine iracundia, et in patientia et longanimitate et tolerantia et castitate; et det vobis sortem et partem inter sanctos suos, et nobis vobiscum, et omnibus qui sunt sub cœlo, qui credituri sunt in Dominum nostrum Jesum Christum et in ipsis Patrem, « qui resuscitavit eum a mortuis¹⁰⁸. » Pro omnibus sanctis orate. Orate etiam pro regibus et potestatibus et principibus¹⁰⁹, atque pro persecutibus et odientibus vos¹⁰, et pro inimicis crucis; ut fructus vester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti.

XIII. Scripsisliis mihi et vos et Ignatius, ut si quis vadit ad Syriam, deferat litteras meas, quas fecero ad vos, si habuerimus tempus opportunum. sive ego, seu legatus quem misero pro vobis. (7) Epistolas sane Ignatii, quæ transmissæ sunt vobis¹¹ ab eo, et

Apud Rusebium, Hist. eccl. iii, 36. — Ἐγράψατε μοι χριστιανοῖς καὶ ἤγγειοῖς, ἵνα ἔχω τις ἀπέρχονται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν (Nicephorus I. cap. 19, ὑμῶν) ἀποχορίσῃ γράμματα διπερ ποιήσω (8), ἐάν λάθω καιρός εὑθετον, εἴτε ἦγω, εἴτε δὲ πέμψω πρετερόσουτα καὶ

⁸⁰ Matth. xxvi, 41. ⁸¹ I Petr. ii, 24, 22. ⁸² Philipp. ii, 16. ⁸³ al. considerantes. ⁸⁴ I Petr. ii, 12. ⁸⁵ Ephes. v, 5; Col. iii, 5. ⁸⁶ al. Quis ignorat. ⁸⁷ I Cor. vi, 2. ⁸⁸ Philipp. i. ⁸⁹ al. crediderit. ⁹⁰ Gal. i, 1. ⁹¹ f nobis.

(6) In omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant; nos autem nondum noveramus. Per nos Polycarpum intelligit Usserius. Ego Smyrnenses. Vide cap. 3. Cor. — Nos autem nondum noveramus. Vixisse his verbis se innuit, cum suas Paulus ad Ecclesias scripsit epistolas, licet nondum Christo nomen dedisset. A quo tempore, cum ad annum

(7) Photius, Biblioth., cod. 126. ⁹² Tὰ παρ' ὑμῶν ἀποχορίσῃ γράμματα, διπερ ποιήσω. Pro ὑμῶν, in Nicephoro et quibusdam Eu-

alias quantasunque apud περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς nos habuimus, transmi- Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας-
tus vobis, secundum ἡμέν ὑπάρχοντος (9), καὶ
quod mandasti : quae ἀλλας διας εἰχομεν παρ'
sunt subjectæ huic epi- ἡμέν (10), ἐπέμψαμεν
stolæ, ex quibus magnus ἡμέν, καθὼς ἐντεῖλασθε-
vobis erit profectus. Con- αἴτινες ὑποτεταγμέναι εἰ-

Et de ipso Ignatio (11), ut supra in fine epistole.

εἰ τῇ ἐπιστολῇ ταῦτη ἔξι tinent enim fidem, patien-
ῶν μεγάλα ὠφεληθῆναι tiam et omnem ædifica-
δυντεσσε. Περιεχουσι tionem ad Dominum no-
γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν, strum pertinentem.
καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν
εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνή-
κουσαν.

MONITUM IN SUBSEQUENTIA FRAGMENTA.

(GALLAND., Vet. Patr. Biblioth., I, Proleg., p. LXV.)

I. Exstant fragmenta V Responcionum Capitulo-
rum S. Polycarpi Smyrnensis episcopi, quæ circa
sæculi vi medium Victor Capuanus e Græco Latine
reddita, Catenæ in iv Evangelia intexuit. Ea pri-
mus edidit Parisiis 1575 Franciscus Feuardentius
in calce Adnotationum ad Irenæi lib. III, cap. 3, ex
ms. codice Virduni reperto ac vetustissimis chara-
cteribus exarato, ut ipsem testatur. Eadem dein-
ceps evulgarunt Halloixius (12), Usserius (13)
aliique.

De horum fragmentorum sinceritate, varia cir-
cumfertur virorum eruditorum sententia. Tanquam
legitima videtur agnoscere Grotius (14), dum exci-
tans Polycarpum interprete Victore Capuano, integrum
fragmentum v exscribit. Neque aliter illu-
stris Huetius (15) : siquidem inter antiqua monu-

sebii exemplarib. legitur ἡμῶν, quod et Rusinus
seculus fuisse videtur, cum reddidit, « deferat litteras
ad vos, » et Polycarpi vetus interpres cum verlit :
« Deferat litteras meas, quas fecero ad vos; » ita enim
illud, δπερ ποιήσω, exprimere volebat : quod non
animadvertis Jacobus Faber, « quas et dedero ad
vos, » hic substituit; contra manuscriptorum fidem.
Ubi tamen et nostrum hunc Polycarpi et Eusebii
interpretum Rusinum deceptum fuisse appetet, de
litteris ad Philippenses deferendis ista accipientem
cum ad Antiochenos dandæ litteræ intelligantur ;
vel ab ipsis Philippensibus, si πατέρων, vel a Po-
lycarpo, et Smyrnæis suis, si πατέρων, hic legen-
dum fuerit; quod posterius ex Ignatii verbis illis,
in Epistola ad Smyrnæos, sūrmamentum accipit :
« Ο ἐπάνη μοι ἀξιον, τοῦτο ἐστιν, ὥστε πέμψαι τινὰ
ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, τινὰ συνδοξόνη τὴν κατὰ
Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδοὺν. » Quod mihi dignum
factu est visum, hoc est : ut aliquem vestrum mit-
tatis cum Epistola (ad Antiochenos videlicet in Sy-
ria), ut una cum illis glorificet Deum de tranquilli-
tate, quam in Deo consecuti sunt. » USSE.

(9) Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας
ἡμέν ὑπ' αὐτοῦ. Ita locum hunc citant Eusebius,
Nicephorus, et Græcus Actorum Ignatii scriptor
anonymus : quam legitimam esse lectionem, agno-
scit etiam Baronius, pro qua vetus Latinus Poly-
carpi interpres hic habet : « Epistolas Ignatii, quæ
transmissæ sunt vobis ab eo, » ubi illud, « ab eo »
(Græco ὑπάρχοντος respondens) ex Magdalensis col-
legii exemplari restituimus ; quod alii codices in
« habeo » transmutarunt. Id.

(10) Καὶ ἀλλας διας εἰχομεν πατέρων ἡμέν. Vide
nostram de Ignatii et Polycarpi scriptis disserta-
tionem, cap. 2. In eo vero quod sequitur : « Εξ ὧν
μεγίλα ὠφεληθῆναι δυνατεσσε, anonymous martyrii
B. Ignatii descriptor legit ὠφεληθεσσε, quomodo
et vetus Polycarpi interpres reddidit : « Ex quibus

A menta quorum maximam partem vetustas consum-
psit, recenset etiam Responcionum Polycarpi librum,
unde quinque illa fragmента quæ a Feuardentio
edita sunt, Latine reposuit Victor Capuanus. Ita
quoque Georgius Bullus (16) qui ex aliis Polycarpi
Epistolis Irenæo memoratis quæ interciderunt, esse
desumpta ejusmodi fragmenta non aspernanda,
omnino verisimile arbitratur : adeo ut ex eorum
tertio, velut Polycarpiano, de Filii τῷ ὄμοουσίῳ ar-
gumentum deponat.

II Dubitant vero alii, quos inter Halloixius et
Usserius. Et ille quidem nonnulla forte iis frag-
mentis assuta existimat ; cuiusmodi est illud, quod
sub finem secundi occurrit : Legitur et in dolio
ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Joannes
B fuisse demersus. « Neque enim, inquit, Polycarpus,

magnus vobis erit profectus. » Id.

(11) Et de ipso Ignatio, etc. Hujus ita in Biblio-
theca sua, de Polycarpi haec ad Philippenses Epistola
agens, meminit Photius : Λέγει καὶ τὰς ἐπιστολὰς
αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ
αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι πατέρων, εἰ τι περὶ ἐκεί-
νου διακονεῖεν. « Dicit et epistolas Ignatii Theo-
phori ad eos se misisse ; petitque ab illis, si quid
de eo inaudierint, edoceri. » In Halloixii tamen edi-
tione verba ista sunt omissa : quæ docent circa an-
num Dom. 106, eodem videlicet tempore, quo a
Syria ad martyrium Romam abductus est Ignatius
scriptam a Polycarpo istam fuisse epistolam, « in
qua, inquit idem Halloixius, cum color et linea-
menta, quibus eam Irenæus, Eusebius, et Photius
describunt, reperiantur ; quin ipsius martyris ger-
mania sit, dubitari non potest. Nam et forma fidei
eius, atque prædicatio veritatis (quam Irenæus inde
C posse addisci admonet), clare in ea elucet ; et testi-
monia, quæ illic citari e priore Petri Epistola Euse-
bius docet, multa comparent : et frequentes com-
monitiones cum perspicuitate sermonis atque sim-
plicitate, juxta ecclesiasticam interpretandi formam
(quibus eam abundare Photius profitetur), passim
sese offerunt atque ostentant : ita ut ad perfectam
ejus recognitionem vix desiderari amplius quid-
quam possit. » Hæc ille. In Datino vero codice D.
Alexandri Petavi, tota Epistola ita concluditur :
« Incolumes estote in Domino Iesu Christo, et gra-
tia ipsius cum omnibus vobis. » Id.

(12) Halloix., Vit. PP. orient., tom. I, p. 322.

(13) Usser, in Append. Ignat., post Smyrn. epist.

(14) Grot. in Joan. xvii, 4. Critic. sacr. tom. VI,
col. 289.

(15) Huet. De interpr. lib. II. cap. 7, § 2,
p. 195.

(16) Bull. Defens, fid. Nic., sect. u, cap. 3. § 7,
p. 52.